



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum**

**Halden, Johann Baptist**

**Brixinæ, 1717**

Titulus LXV. De Dominica, & Hebdomada II. Adventûs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

## TITULUS LXV.

### De Dominica, & Hebdomada II. Adventûs.

**D**OMINICÂ, & HEBDOMADÂ II. Adventûs *Officium*, & *Missâ* [quam propriam unâ cum *Oratione* habet hæc Dominica] Ordinantur respectivè ad Normam *Dominica*, & *Hebdomada* I. Adventûs. *Lectiones*, & harum *Responsoria*, *Antiphonas ad Benedictus*, & ad *Magnif*: sumendo infra hebd: ex *Propr*: de *Temp*: prout ibi pro qualibet *Feria* *currente* notantur, *Orationem* verò ex *Officio Dominica* proximè *præ* *dentis*. *Col. Viol.* Quid observandum si in hodiernam *Dominicam* incidat *Dies Octava*, vel *Dies infra Octavam* alicujus *Festi* [v. g. *S. Franc. Xaverij* in *Societate JESU*] aut etiam *festum Patroni principalis*, vel *Titularis* aut *Dedicatio* propriæ *Ecclesiæ*, constat ex dictis *Dominicâ* ac *Hebdomadâ* præcedente.

## TITULUS LXVI.

### De Dominica, & Hebdomada III. Adventûs.

**D**OMINICÂ III. Adventûs [dicta *Dominica Gaudete*, ab hodiernæ *Missæ Introitu*] cum sua *Hebdomada* hoc tantum quoad *Officium* & *Missam* habet diversâ à 2. *Dominicis*, ac *Hebdomadis* præcedentibus, quòd in *Officio* mutetur *Inventorium*, & deinceps usque ad *Vigiliam Nativitatis* exclusivè pro: *Regem Venturum Dominum &c*, tam in *Dominicali*, quàm *Feriali* *Officio* dicatur: *Prope est jam Dominus: Venite Adoremus*; ad *Missam* verò *Conventua-* lem *Diaconus* & *Subdiaconus* hodiè & infra *Hebdomadam* [si tamen non repetatur *Missâ Dominicâ*] utantur *Dalmaticis* consuetis, ac *Tunicis*. Quòd item *Altare aliquantum solennius* paretur hæc *Dominicâ*, quàm in alijs [in quibus abstinendum solenniori apparatu] quòdque hodiè possunt *Organa*; ac demum, si hodierna *Dominica*, aut aliqua *Feria* ex eam subsequenter incidat in *Diem* 17. *Decembris*, tunc quoad *Antiphonam* ad *Magnificat*, & respectivè quoad *Ante*